Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



67

Hec locutus sum uobis: ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos.
Sed uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis: ut cum uenerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi uobis.

Fratres. Videmus iesum xpm propter passionem mortis gloria et honore coronatum: ut gratia dei pro omni gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia qui multos filios in gloriam deduxerat. auctorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat et qui sanctificantur: ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare dicens. Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri quos mihi dedit deus. Quia igitur pueri communicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit hisdem: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum: et liberare eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruitutis. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus assimilari: ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum: ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse temptatus: potens est et eis qui temptantur auxiliari. Unde fratres sancti uocationis celestis participes: considerate apostolum et pontificem confessionis nostre: iesum xpm dignum illo qui fecit eum. Dixit [illegible] dis. s. Si manseritis in sermone meo: uere [illegible] Iohm. xiiii.
ime. et iudea[illegible] mea in uobis manserit: quicquid uolueritis petetis et fie[illegible] uobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum [illegible] afferatis: et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego [illegible] dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruauerit manebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei precepta seruauit: et maneo eius in dilectione. Hec locutus sum uobis: ut gaudium meum in uobis sit: et gaudium uestrum impleatur.
Sed ueb illi. Multitudinis credentium erat Act. v.
cor unum et anima una: nec quisquam eorum quod possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et utute magna reddebat